



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Generalis Totivs Sacri Ordinis Clericorvm Canonicoꝝ Historia Tripartita

Pennotto, Gabriele

Coloniae, Anno M.DC.XXXXV.

LI. Quintum argumentum soluitur, & testimonium Abbatis Ioachimi
examinatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38634

fuertunt, à primata fundatione Clericorum Canonico- rum extitit, etiam antequam dicta Reliquia illuc à Rege Luitprando translata fuissent, qui in illa usque in hanc diem perseverant: & licet Ioannes XXII. venerat. Eremitis concesserit, vt simul cum Canonicis diuina officia celebrare possent in eadem Ecclesia, ac etiam iuxta illam Monasterium suis sumptibus, & soluto pretio adificare, non tamen dominium ipsius Ecclesie à Canonicis ablatum ad Eremitas transfudit, vt illi semper singant: quinimò omnia antiqua iura, & privilegia ipsi Canonicis expressè referuauit, vt ex eius literis infra adducendis patebit. Potest quoque testimonium Martini V. ex dicta Bulla acceptum sic exponi, vt B. Augustinus dicitur fundator Ordinis Eremitarum non immediatus, sed mediatum, quatenus scilicet Regulam condidit, cui Ordo Eremitarum nritur, Apostolica largitate illi concessam, vt supra dictum fuit.

V. Tertium testimonium sumitur ex literis Ioannis Papæ X. XII. per quas concessit ven. Eremitis, vt in Ecclesia D. Petri in caelo aureo Papiæ simul cum Canonicis Regularibus diuina officia, & missas diceret, & monasterium iuxta dictam Ecclesiam soluto pretio fundi exstruere valerent, in quibus quidem literis causam eiusmodi concessionis talem reddit: *Quatenus mihi tanquam membrum suo capiti, sicut Patri, Magistro discipuli, & dactylis et charitatis, Deo, & ipsi sancto, auctoritate sicuti Apostolica prouidentibus iubent, vbi & preceptoris eorum, Patris, & capiti Augustini nouerint reliquias esse spate.*

Respondeo hæc verba non eius esse ponderis, vt nonnulli putant, sed infirmisimum argumentum esse, quod ex illis desumitur, non solum propter rationem iam allatam, quia verba narratiua sunt, & non dispositiua, sed quòd ad illa omnia plenissimè vericanda sufficit, quòd ipsi Eremitæ, Regula, & titulo B. Augustini ex largitate Apostolica fuerint donati, nam & Monachi siue Eremitæ B. Hieronymi nuncupati, se ipsos D. Hieronymi filios, discipulos, & milites vocant, & Beatum Hieronymum parentem, Magistrum, ac Duem agnoscunt, venerantur, implorant: similiter Monachi Vallis Umbrosæ, Camaldulenses, Cistercienses, Syluestriani, & alij de D. Benedicto Monachorum Occidentalium Patriarcha loquuntur, quin & summi Pontifices ipsum D. Benedictum in suis Bullis, & Privilegijs ipsorum Patrem, Magistrum, ac Duem vocant: nec idcirco aut illi se à D. Hieronymo, vel D. Benedicto immediatè institutos iactant, nec eos Pontifices pro talibus agnoscunt. Omitto assertiones, quæ vigore dictæ Bullæ in vulgus imperitum funduntur, de quibus inferius, illam ex integro reddemus.

VI. Quartum testimonium sumitur ex quibusdã literis Sixti IV. datis die 10. Martij an. 1479. in quibus inter alia habet: *Dudum assensu reuoluntati, quod inter vniuersos intergenerata Ecclesie Doctores*

principum scartifimus Aurelius Augustinus subtilissimus Evangeliarum & sacrarum literarum persecutor, &c. & inter cetera Ordinis Eremitarum eius plantator, & pristinus institutor extitit, rationi, & iuri congruum censimus etiam nullis petitionibus pulsati, vt Ecclesia, & laici eiusdem præcipui sanctissimi Doctorum honorem & rella, & consuetudine temporale pariter, & spirituale incrementum suscipiant.

Quintum sumitur ex literis Alexandri VI. dat. 9. Mart. 1496. in quibus hæc habentur: *Ad sacrum Ordinem Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, quem gloriosus ipse Doctor egregius in agro dominico plantauit.*

Sextum ex literis Leonis X. datis die 10. Martij 1513. in quibus Generali eiusdem Ordinis scribens, vocat B. Augustinum dicti Ordinis fundatorem, seu institutorem. Eodem modo loquitur Gregorius Tertius decimus in quadam Bulla concessionis Indulgentiarum Ecclesie dicti Ordinis.

Verùm ad hæc omnia respondetur, Verba Pontificum in dictis literis esse narratiua, quæ ponuntur ab ijs, qui ipsi Pontificibus à secretis inferunt, prout melius congruere videtur, & in quibus non semper opiniones certæ, ac exploratæ, sed vel probabiles, vel quæ pro talibus habentur, attendi solent, vel quæ pro veris à supplicantibus narrantur, quibus quoniam aliæ literæ Gregorij IX. Innocentij IV. & Alexandri IV. non per verba narratiua, sed dispositiua manifestè contradicunt, dum testantur dictum Ordinem Eremitarum ex varijs Eremitarum Congregationibus prius sine certa regula, titulo, & habitu institutis, & postea per Apostolicam concessionem habitu, regula, & titulo Eremitarum D. Augustini donatis, constitutum sub yno capite, & vna formâ habitus à Sede Apostolica illi præscripto, quin etiam ante Innocentium III. nullum diploma pontificum, nullum Concilium, nullus Canon, & nullus Autor certus, & idoneus, etiam ipsi Eremitis vltro fatentibus, de hoc ordine est locutus. Ob hæc causam dicimus, per huiusmodi narrationes non sufficenter illorum intentum probari, qui ex illis deducit Ordinem Eremitarum à D. Augustino immediatè fuisse institutum: & si quid probant, ad summum probare, illum fuisse institutum à D. Augustino mediatè per traditionem Regulæ, non autem immediatè.

CAPVT QVINQVAGESIMVM PRIMVM.

Quintum argumentum soluitur, & testimonium Abbatis Iochimi minus idoneum esse comprobatur.

Postre-

1A4

I.

Rollemum a gumentum ex ijs, que ad illud predicamentum attinent, sumitur ab autoritate Doctorum, qui conceptis verbis affirmant. B. Augustinum Eremitici Ordinis autorem, & fundatorem extitisse, hos recenset Marquez cap. 20. §. 5. Primum Breuiarium Romanum in officio D. Augustini lectione quarta, ubi dicit D. Augustinum in Civitate Hippoensis monasterium Religiosorum fundasse, & cum illis vixisse, qui non erant Canonici, tum quia Canonicos non nisi factus Episcopus institutum quia illos vocat fratres, quod nomen Canonicis non convenit, ceterum id verum non est. lib. 2. ostendimus. Secundum est Breuiarium Ecclesie Bracarensis in quo hæc verba habentur in officio D. Augustini. lectione 8. & 9. Augustinus cum fratribus suis Carthagine aduulgauit, partim omnium pauperibus erogauit, & in nemore monasterio extructo secundum Regulam ab Apostolo institutam viuere cepit. Denique in Hippoensi Ecclesia licet inuitus Episcopus promotus, quatuordecim annos superuixit, ubi & monasterium Canoniorum instituit. Verum Ecclesia Bracarensis nõ est taner certitudinis, vt non potuerit errare: nam illa historia ferè tota ex superioris dictis manifestè falsa esse conuincitur, & non dubito quin Illustrissimi illius Ecclesie Præsules, & sapientissimi Canonici, & Clerici, si hæc nostra viderint, illico errorem non sint emendaturi. Tertium est testimonium Abbatis Ioachimi in suo introductorio ad librum Apocalypsis, in quo faceret B. Augustinũ ante Canonicos Regulares, Eremitas instituisse, cuius calamum, inquit Marquez, ob summam illius autoritatem solum contra viginti flare, tum quod sit antiquus autor ante Concilium Lateranense tum quod spiritu prophetia à Deo donatus fuerit, vt graues auctores asserunt, ac inter illos D. Antoninus tit. 17. c. 1. §. 12. Quartum est testimonium B. Henrici de Vrmaria, Quintum B. Iordani de Saxonia, quibus B. Antoninum addit tit. 2. c. 14. Ferdinandum Hispanum, Franciscum Petarcham, Iacobum Philippum Bergomensium, Osnaphrium Panuinum, Stephanum Garibay, & alios inferioris notæ.

Verum quia plerique illorum sunt fratres Eremitæ, quibus etsi fide dignissimis, in hoc fidem adhibere non cogimur, D. verò Antoninus, que ibi de Ordine Eremitarum scribit, à quodam Religioso dicti Ordinis accepisse fatetur, quem cum suo Propheta Ioachimo in articulo, de quo nunc agimus, rejicit, Petrarcha verò. & si qui sunt alij, posteriores sunt, & fidem non faciunt. Superest vt solum Abbatis Ioachimi testimonium expendamus, ac videamus, an fortè Goliath ab Orco reuocatus fuerit, tantas vires habens, vt vnus contra viginti merito flare possit. Igitur quod attinet ad testimonium huius auctoris, ante omnia ostendendum erat, illum de isto, qui nunc Eremitarum S.

Augustini nuncupatur, Ordine locutum: nam si illius verba nec D. Augustini, neque verò Ordinis ab Augustino instituti vllam proliis mentionem habent, verba Ioachimi sunt: Surgit Ordo, qui vocatur nouus, & non est indurus nigri vestibus, & desponsa. Hic est enim, & fama eorum divulgabit, & preterit ab eis filios, quam & descendit vsque ad mundi formationem, & in spiritu illa propheta. Qui Ordo Eremitarum emulatum vitam angelicam, quoniam in eis est quasi ignis ardens in amore, & zelus Dei adiuuandum tribulos, & spinas &c. Hæc verba de Augustino nihil omnino, sed neque de Ordine Eremitarum, qui nunc est necessariò intelligi debent, quis enim scit, an hæc prophetia v. que in hæc implerta fuerit, nec vis factenda est in zona, aut in nomine Eremitarum: nam omnes Monachos circumcingulum pellicum ferebant, & Eremitæ vocabantur, & fortè monachus de monachis, non de Eremitis Augustinensis prophetæ cupit potuit etiam de Eremitis Gulielmitis, aut lambonitis loqui, post quos exortos prophetauit, cum vixit paulo ante Concilium Lateranense, cum annum 1200. vt ex Bellarmino, D. Antonino, D. Sixto Senensi in bibliotheca habemus. Atinquit, quod surgit Ordo, qui videtur nouus, & nouus, sed quid tum? num quia non est nouus necesse est illum ab Augustino fundatum? At saltem conuenit ante Concilium Lateranense institutum. Respondeo, constat Ordinem Eremitarum in genere inceptum, longe ante Concilium Lateranense institutum, constat etiam Ordines D. Gulielmi, & fratri Ioannis Boni paulo ante dictum Concilium institutos: nec tamen sequitur, ante dictum Concilium fuisse institutum ordinem, qui nunc dicitur Eremitarum D. Augustini.

An verò inter Prophetas ipsum Ioachimum censere merito possimus, vt feram, quid de illo viri docti, & cum primis eruditi, & graues sentiant: quoniam in re tanti momenti de meo aliquid dicere non audeo. D. Antoninus, quem Marquez cap. 20. §. 1. numerat inter auctores, qui Abbatem Ioachimum, vt veridicum Prophetam fatispiunt, ac venerantur, in 2. pat. tit. 17. cap. 1. §. 1. de illo scripta reliquit, Vincentij Beluacensis iudicium suo more secutus. Eo tempore abbas Ioachimus venit de Calabria partibus ad istum Verbanum, & morantem tunc apud Veronam, de quo Ioachimus scribit, quod cum prius non multum ab homine Doctore didisset, donum Interuentus diuinitus accepit à Deo, & secunde, ac discretè quoslibet diuinarum scripturarum difficultates, vel obscuritates enodaret. Dicitur itaque propheta quodam Apocalypsis baculum tenuisse, sed non spiritu prophetia clarescere, si ut ex opposito, quod in ipse legitibus loquit, & infra, illud verò in libro suo præ ceteris notabile, & spectatum habetur, quod nunc definit terminum, quem infra duas generatones, quod condendum ipsum faciunt annos sexaginta, & arduum est, quod condendum ferretur quogue multa scripsisse, libereque Domino Papæ corrigendos obulissimam, & in quibusdam

errata dicitur, vt patet in sequenti titulo, & tamen multa de futuro referat fuisse referuntur: vnde & postea de duobus Regibus Francia scilicet, & Anglia, in. vt. ne. retransmittitur apud Messaniam Sicilia vrbem hypermetribus idem abbas vocatus dixit, non nisi liberationis temporalis aduenisse tempus. Super his autem, que scripsit de futuro temporibus, nos verum incertarum prælagium relinquere conuenit iudicio posterorum. Hæc Vincentius, sed adde, quod dicit D. Thomas in 4. quod quæritur, que locuti sunt de fine mundi, determinando certum tempus, huius rei inueniuntur sunt falsi loqui, & deinceps etiam inueniuntur hoc determinantes. Vnde Augustinus de Civitate Dei super illud ad Cor. I. quod Christus dixit apostolo: Non est vestrũ nosse tempora, vel momenta, que Pater posuit in sua potestate, inquit: hic resolutus dicitur omnium de hæc calculantium, & eos quæsiere inter, Cardinalis Bellarminus de Scripturis Ecclesiasticis in Ioachimo: Circumferuntur, inquit, quædam vaticinia sub eius nomine de futuro Pontificatu Romano, que quam fidem mereantur, aliorum sit iudicium illud mirum est, quod cum ea vaticinia ad solus quædam Pontificis pertineant, tamen curiositas hominum ad nostra vsque tempora extendere illa conatur.

Cardinalis Baronius sub anno 1164. tom. 12. de Petro Lombardo loquens ait: Passus est etiam accusari in hunc abbatem Monasterij Florensis: sed tamen eius accusator in Concilio Romano sub Innocentio Tertio, Damiano verò illius referuntur in Damiano de Summa Trinitate, & Fide Catholica in hæc modum: Damianus ergo, & reprobanus libellum, & stratum, quem abbas Ioachimus edidit contra Magistrum Petrum Lombardum de viciate, seu essentia Trinitatis, appellans ipsum hæreticum, & infamum, pro eo quod in suo dicit sententijs, quoniam quedam summa res est Petrus, & Filius, & spiritus sanctus: & illa non est generans, neque genita, neque procedens, vnde asserit, quod ille non tam Trinitatem, quam quaternitatem attribuit in Deo &c. Nos autem sacro approbante Concilio, & consistimus cum Petro, quod vna quædam summa res est incomprehensibilis, & ineffabilis, que vocatur est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus &c. Si quis igitur sententiam, & doctrinam præfati Ioachimi in hac parte defendere, vel approbare præsumpsit, tanquam hæreticus ab omnibus euitetur.

Alphonso à Castro aduersus hæresim in verbo Apostoli, hæc. si. inquit: De apostolo, cuius ungue vtilis, & conditio: alijque sunt exorta hæreses, quarum vna est, que ipsius Apostoli non prædicasse Euangelium Christi iuxta spirituales intelligentiam, sed tantum secundum litteram. Hic est error Abbatis Ioachimi, & Petri Iohannis, vt illi inprogit Guido Carmelita. Hic Ioachimus ex Calabria oriundus fuit, monachusque Ordinis Sancti Benedicti, atque in Florensi Conuicio eiusdem Ordinis abbas. Hic multa scripsit, in quibus, meo iudicio, seu ingenium ostendit, quoniam in amittis scriptis libris suis, vt se futurorum præscium ostenderet, consuevit miscere prognostica, quod maxima leuitate, & gloria copulatur in iudicium est: maxime cum aliter se in

errasse dicitur, ut patet in sequentiis; & tamen et multa de futuris referat fuisse referuntur: unde & postea dicitur Regius Francie filius, & Anglie, in re. retrahuntur apud Messinam in Sicilia: ubi bene hyemavit: idem Abbas vocatus dicitur, non unum liberationis temporis advenisse tempus. Super his autem, quae scripsit de futuris temporibus, non verum incertum praesidium relinquere conuenit iudicio posterorum. Haec Vincentius. Sed adde, quod dicit D. Thomas in 4. quod quicunque locuti sunt de fine mundi, determinando certum tempus huius rei uenturi sunt falsi: quos & dicitur etiam inueniuntur hoc determinantes. Vnde Augustinus de Civitate Dei super illud dicitur: quod Christus dixit apostolo: Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quae Pater posuit in sua potestate, inquiritis: resolutus dicitur omnium de hac re calculantium & eos qui sicere iuraverunt. Cardinalis Bellarminus de Scripturis Ecclesiasticis in Ioachim: Circumferantur, inquit, quaedam uaticinia sub eius nomine de futuro Pontificatu Romano, quae quam fidem merentur, aliorum fit iudicium illud mirum est, quod cum ea uaticinia ad solas quaedam Pontificis pertineant, tamen curiosis hominum ad nostra usque tempora extendere illa conatur.

Cardinalis Baronius sub anno 1164. tom. 12. de Petro Lombardo loquens ait: Passus est etiam accusatorem Ioachimum abbatem Monasterij Florentis: sed laicum cui accusator in Concilio Romano sub Innocentio tertio, Damnatio uero illius refertur in e. Damnatio de Summa Trinitate, & Fide Catholica in hunc modum: Damnatum ergo, & reprobam libellum, seu tractatum, quem Abbas Ioachim edidit contra Magistrum Petrum Lombardum de uitate, seu essentia Trinitatis, apponens ipsam haereticum, & insanam, pro eo quod in suis dicit sententiis, quoniam quaedam summa res est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: & illa non est generans, neque genita, neque procedens, unde asserit, quod ille non tam Trinitatem, quam quaternitatem attribuere in Deo &c. Nos autem sacro approbante Concilio ordinamus, & confirmamus cum Petro, quod una quaedam summa res est incomprehensibilis, & ineffabilis, quae ueraciter est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus &c. Si quis igitur sententiam, & doctrinam praesati Ioachimi in hac parte defendere, uel approbare praesumpserit, tanquam haereticus ab omnibus euectus.

Alphonfus a Castro aduersus haereticos in verbo, Apostoli, haec s. l. inquit: De Apostolo, cui unquam uita, illa, & conditio: aliaque sunt exorta haerese, quatuor uia est, quae sicuti Apostolo non praesensse Euangelium Christianum spiritualiter intelligens, sed tantum secundum litteram. Sic est error abbatu Ioachimi, & Petri Ioannis, ut illi impingit Guido Carmelita. Sic Ioachim ex Calabria uindicta fuit, monachusque Ordinis Sancti Benedicti, atque in Florenti Conuicio eiusdem Ordinis Abbas. Sic multa scripsit, in quibus, mea iudicio suum laque ingenium ostendit, quoniam in omnibus sermo libris suis, ut se futurorum praesidium ostenderet, conuenit miscere prognostica, quod maxima leuitate, & gloriae cupiditate iudicium est: maxime cum aliter se in

posterioribus uisum, qui in ipse praedixit. Nam ut de cetero taceam, Fredericum Imperatorem hostem Ecclesiae futurum si ut forte somnauerat, praedixit, quem omnes historiae tradunt, usque ad mortem in pace, & tranquillitate Ecclesiae permansisse. Clericus sub Alexandro Tertio huius nominis Pontifice, & Henrico Sexto Imperatore. Quod autem ad praesens dogma spectat, de quo nunc sit mentio, in eius scriptis, quae legi, non reperi: sed tantum a Guidone Carmelita cum inuenio de hac re notatum, de qua re ualde miror, quoniam cum in Concilio Lateranensi sub Innocentio Tertio celebrato condemnatus sit quidam alius error huius abbatu Ioachimi, de quo postea dicemus, mirandum est, quod nullus aliter erroris Concilium illud fecerit mentionem, cum tamen plures alios errores habuerit, quoniam admodum impingit Guido, uel unum simile fuit, erroris illius tunc sic laetuisse, ut in aures Concilij non deueniret. Quare si admodum in hac parte Guidoni. Sic ergo Ioachim inter ceteras fabulas, quae populo Christiano ingerere uoluit, haec est una, quae dicit tres hominum status, primus status est, in quo homines secundum statum carnis uixerunt, quem statum ab Adam perdidit usque ad Christum, secundus status est, in quo mediam inter carnem, & spiritum, uitam homines duxerunt: & hunc statum a Christo usque ad D. Benedictum protendit, Tertius status est, in quo ueritate dicitur & ueritate secundum spiritum, & hic status protenditur a D. Benedicto usque ad finem mundi, &c. Haec ille. Ex quibus, & alijs superius dictis uideas, quanti faciendus sit hic notus Propheta, quem Marquez uti militem ad eos strenuum producit, ut contra viginti armatos solus stare possit. Eadem ferè censura illum notat Abbas Trithemius in lib. de Scripturis Ecclesiasticis.

CAPVT QVINQVAGE-SIMVM SECVNDVM.

De fragmento a serui & historiae Lucij Dextri Sancti Paciani filij iudicium.

Nter secundi, ac etiam tertij generis argumenta, quibus Marquez originem sui instituti ad tempora B. Augustini perducere, & in ipsum Augustinum refundere nititur, non exigui momenti illud esse uidetur, quod testimonio asserit cuiusdam historiae sub nomine Flauij Lucij Dextri apud Hispanos paucis abhinc annis uulgatae, & per Marcum Maximum Caesar Augustinum Episcopum continuatae, & tandem per Eutrandum, alias Luitprandum Ticinensem Diaconum producta nititur, de quibus idem Ioannes Marquez cap. 10. §. 4. ita scribit: Et quia ad antiquiora Religionis nostra uestigia probanda, horum autorum testimonio uti necessarium erit.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

174